



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exemplorum Libri Tres

Liber Tertius, Sive Exempla Divinae Irae, Per Opera Poenitentiae, Nobis
Leniendae - Per Quadagesimam Anno M. DC. XLVIII. narrata

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1650

§. 4. Ex huius tragoedia miseriae, belli exitium posse estimari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48194)

debeant, ad stipites alligata viuentes, ac frustra fidem Dei hominumq; flebiliter implorantes, subiecto igne crematae sunt. Albericus ultimus, cui tam durum spectaculum morte ipsa acerbius atq; atrocius fuerat, postquam peccata sua ritè confessus est, ipso, ne loqui posset, ore occluso, pedibus ad equi candam alligatis per tota castra sic tractus est, ut unusquisq; forcipibus bolum ex carnibus eius excerpserit. Quare probris ac tormentis ad satietatem inimicorum affectus, cum jam hominis speciem atque habitum exuisset, expirauit. Vi autem cadauera filiorum per castra populi cuiusq; diuisa; sic patris reliquia lupis ceterisq; feris deuoranda obiecta sunt, ac durum in primis humana conditionis exemplum, omnibus diuinam iustitiam intuentibus praeuerunt. Hac X. Kal. Septembris gesta sunt Anno 1200. Postridie tumultu populari concito, castrum S. Zenonis euersum, atq; inde Romanum quoque solo aquatum. Hic fuit exitus potentissima à Romano familia.

IV.

EX HVIVS
TRAGOEDIAE
MISER A BEL-
LI EXITVM
POSSE AESTI-
MARE.

Math 10. 29.

V.

ALBERICI
CRUDELTAS.

Audiuistis tragœdiam? Hoc vnum vnus familiae malum fuit. Similia complura bellum illud Italiae peperit, cuius infelices fructus, supra tantum in genere recensui; nunc vel hoc exemplum particulare libuit addere, ut ex vngue leonem cognosceretis. An placet bellum? an bellum bellum est? An non ad tam atrocia mala auertenda grandem causam habuerunt Itali, ut per tot oppida & ciuitates, ac provincias, circuirent, Dei misericordiam; B. Dei patris patrociniū, magnis vocibus implorarent? seque ipsos tam acerbis verberationibus castigarent, atq; peccata sua confitenda diluendaque tot lachrymis censerent? Habuerunt utique sicut & nos, quibus eadem possunt contingere, & grauiora, quidquid enim vni euenit, potest euenire & alteri. Sed ne quis Deum iniustum, aut crudelem esse arbitretur, qui talia permittat, nemo putet talia permitti sine iustissima causa. Nonne duo passeris a se venient: & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Multis passeribus meliores sunt homines, quanto ergo minus illis tam crudelia inferentur, inscio, aut non permittente, vel immittente Deo? Audite igitur, quo modo se gesserit Albericus, aut qualis fuerit Icilius, & postea iudicate. cur illis tam atrocia mala sint immissa.

Albericus Taruisinos diuturna tyrannide afflixerat, fultus auctoritate & potentia fratris Icilini, Icilino igitur deleta, cum

se